

Ad magna & fortia foris & magnus minister desti- natur.

58. Joachim. Luc. 3.

Joannes Bap- tista Ange- lus foris con- vocans ad Christum.

59. Syrus.

Baptista vita post mortem fungitur suo officio.

60. D. Matth. 14.

D. Cyrill.

Vox Joannis post mortem timetur.

cap. 8. Gabriel in lingua nostra vertitur fortien- do Dei, robustus Dei. Ecce cur praecitati au- ctiores dicunt, hunc Angelum fortem fuisse Gabrielem. quia mittebatur ad opus validum & forte, scilicet ut quateret virum fortem, qui librum signatum summis mysteriis plenum re- ferret ac aperiret, quem nulli Angeli, vel ho- mines referare poterant; ad opus magnum, va- lidum & forte, fortis & validus minister desti- natur à Deo.

Quintò Joachimus Abbas sic ait: Ego An- gelum istum fortem, Joannem Baptistam fore puto; quia de hoc mysterio per se ipsum dicebat, Luc. 3. Veniet fortior post me, cujus ego non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamen- torum ejus: ut enim in calceamento pes, ita in littera spiritualis intelligentia later. Joannes enim fortis Angelus erat, quia Dei fortitudi- nem, praecurrere missus est, & tamen ad solven- da mysteria, imparem se esse fatebatur, quia hoc Christo privilegium servabatur. Angelus iste fortis erat Joannes Baptista, qui venit praecur- sum, & annuntiatum Dei fortitudinem, & si- cut in via ob suam eximiam humilitatem se reputabat indignum solvere corrigiam calcea- mentorum Christi, seu mysteria ejus humani- tatis aperire ac solvere, ita etiam post mortem se indignum putat aperire & solvere librum mysteriorum ejus.

Angelus fortis predicantem voce magna: seu clamantem voce magna, ut legit Syrus. Joannes in vita fuit vox clamantis in deserto, omnes convocans ad Christum cognoscendum ac adorandum etiam post mortem voce magna clamat, ut omnes ad Christi mysteria agnos- cenda conveniant, mors abstulit vitam Joanni, sed vocis officium ac fervidæ charitatis non valuit interimere. Nam ut testè, ait D. Chry- sol. serm. 174. Ego sum, inquit Joannes, vox cla- mans in deserto: vox occidi non potest, sed ma- gis clamat angustiis corporis absolutis.

Scribit D. Matthæus 14. num. 1. Audivit Herodes tetrarcha famam Jesu; & ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & virtutes operatur in eo. Unde sus- picatur Herodes audiens famam miraculorum ac operum Christi, Joannem devicta morte surrexisse, Divus Chryostomus homil. 49. Herodes adeo Joannem mortuum perhorruit, ut à minima formidine de resurrectione phospha- retur. Herodes grandis Joannis inimicus, cum nempe decollavit, & inde sic eum formidabat, ut adhuc eo mortuo vox Joannis in ejus auri- bus insonaret, Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Et adhuc eo mortuo virtutes Joan- nis Herodem arguebant, & vitæ puritas licen- tiosum vivendi modum Herodis damnebat, & tanti Joannem existimabat Herodes, ut sibi persuaderet, quod à morte vinci non poterat, sed devicta morte surrexisse. Vide quæ dixi su- p. c. 4. q. 1.

QUESTIO VIII.

Quare iste Angelus, qui convocabat ad aperendum librum signa- tum, dicitur fortis, & robustus?

Iste Angelus dicitur in textu fortis, seu ut legit Divus Hieronymus validus seu robustus; edidit enim vocem magnam, & validam: Voce magna predicantem, qua omnes ad ape- riendum ac videndum librum convocabat; & quia aperire librum erat quid valdè magnum ac sublime, ideo Angelus qui ad hæc invi- tabat, dicitur fortis & validus: ad magna peragenda, magnus & ingens minister re- quiritur.

Moraliter tamen Rupertus sic interpretatur in præsentem: Angelus iste fortis, ait, ita predi- cans voce magna; sanctorum antiquorum aube- lans expectationem, magnamque desiderium sig- nificat: de quibus Apostolus ad Hebr. eos enu- meratis Patribus: Juxta fidem, inquit, de functi sunt omnes isti; non acceptis promissionibus, sed à londè eas accipientes & infra. Hi omnes, inquit, testimonio fidei probati, inventi non acceperunt promissionem, nimirum expectatio illa à lonè, istorum salus magna erat, magni desiderii clamor, qualem hic in ista visio- ne significari docuit, magna voce An. eli fortis fortiter predicantis. Et ita similiter docent Glossa, Interlineal. & Ordinaria Ansberrus, D. Ambrosius, Richardus, Victorinus, Al- bertus Magnus, & alii. Ad quid tam accurate in præsentem notatur robor ac fortitudo istius ministri, quod clamaverit voce magna conve- cans ad apertionem libri quod denotatur il- lius vehemens ac ardens effectus ad libri ape- ritionem: inde citati Patres dicunt, quod iste Angelus significabat ardentia desideria quibus olim antiqui Patres flagrabant ad Divini Ver- bi Incarnationem, cum à Deo promissionem acceperunt de divina sobole in mundo nasci- tura, inde frequenter sua desideria jaculaban- tur in Deum, ipsum in mundo nasci præoptan- tes, & quamvis ex ipsis non nisi Deum Incarna- tum non viderint, nec frui potuerint, tamen ut Deus nobis indicaret concepit Patriarcha- rum in audendo fortitudinem, nihilque eor- um animorum excessus, non quilibet spiritus, sed validissimus Angelus eligitur ad hoc an- nuntiandum: tantum ponderis est procerum ingens ausus, ut ad illum evulgandum, magni proceres assumantur.

Post adoratum vitulum in deserto cum ad vindictam tanti criminis procederet Moyses ait: Si quis est Domini juratur mihi: congre- gatique sunt ad eum omnes filii Levi. Exodi 32. n. 27. Et statim subdit Textus quod eis dixerit Moyses. Ponat vir gladium super femur suum, ite & redite de porta usque ad portam. & occi- dat unusquisque fratrem, & amicum & proximum suum. Et post inflicta supplicium & completam interneconem, occisoribus iterum ait Moyses: Consecratis manus vestrae hodie Domino

61. D. Hilar.

62. Rupert.

Hebr. 11. num. 13.

Interl. Gloss. Ord. Ansberr. D. Ambr.

Exced. ani- mi desiderii multum va- let ac aspi- rantur.

63.

Erod. 31.

Domino unusquisque in filio, & in fratre suo, ut dicitur vobis benedictio Ecce jam laboravit gran- dis difficultas, quo pacto dicatur Levitas inter- fecisse filios, & fratres suos, cum expressè di- catur: Congregati sunt ad eum, scilicet Moysen, omnes filii Levi. Si omnes Levitæ convenerunt ad interficiendos idololatrias, quomodo verum est quod interfecerunt fratres, & filios suos? Qui etiam Levitæ erant & ex eadem Tribu; et si hi interfecisti sunt, non omnes Levitæ congre- gati sunt ad Moysen ad interneconem? Verum est quod Levitæ nullum ex sua tribu occide- runt, quia tamen generosum mentis ardorem ediderunt ut filios & fratres interimere decre- verint, si eis obviam ivissent; inlytæ audaciæ effectus non succellit, quia tamen Deus eos tan- tum facinus animo concepsisse conspexit, cum eis quasi strenuos ausus perfecissent, loquitur: inde ait Moyses. Consecratis manus vestras ho- die Domino, unusquisque in filio & fratre suo. Ideo benedictio eis impertienda, non minus cu- mulatè, quam si res tam præclara esset execu- tionis mandata. Cajetan. Et juxta hunc sensum, non restat, locus questioni, quomodo verificetur quod Levitæ interfecerunt fratres suos, cum Le- vitæ omnes junxerint se Moysi, & fuerint in- terfectores. Non enim est sensus mandati, ut quis- que interficiat fratrem, sed quod non habeat ra- tionem fraternitatis in occurrenibus vivis.

Qui rem magnam ag- greditur, esse non sequa- tur, laude dignus.

Caictan-

64. Psal. 131.

1. Par. 28.

Magnifica templi extractio Regis Davidi ab Spiritu sancto tribuitur, ut patet ex Psal. 131; 1. qui incipit num. 1. Memento Domine David & omnis mansuetudinis ejus. Deinde quasi jam operosa illa machina esset absoluta, & consummata, vert. 18. decantatur Surge Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Cur ergo de Salomone, qui totum templum amplissimis sumptibus à primis fundamentis construxit, nulla hic habetur mentio, sed dum- taxat de Davide; qui nec illius primum lapidem posuit: Cur ergo tanquam pro templo ædifica- to ac consummato, Dei recordatio erga Davi- dem exoptatur, Memento Domine David? Certe sublimis & magna domus Dei ædifica- tæ cogitatio, primum Davidis animum subit, ipse expensas tanto sacratio exaggeravit, Sa- lomonicæ imperium de sacra æde erigenda impositus, simulque totius operis mirum artifi- cium in typo expressum, Divinique cultus ra- tionem ac ministrum ordinem, & disposi- tionem tanquam in Testamento reliquit, ut pa- teret ex 1. Paralip. cap. 28. n. 10. Verum est quod Salomon totum opus inchoaverit, & perfecit, & quod David nec primum lapidem jecerit, tamen illius generosi animi impulsus de ædificando Dei templo, quamvis ad operis per- fectionem non venerint, sic divinis oculis pla- cuerant, ut anteferti meruerint aliorum execu- tionis ac operis consummationi, & ideo in Canticò de sacra domus molimine, Deus non meminit Salomonis, qui opus inchoavit & ab- solvit, sed David tantum, qui tam nobiles ac animosos animi conatus concepit. D. Chryso- st. ad præsentem locum. D. inde enim quidem, qui est ædificaturus præterit, cum verò, qui est pollicitus in medium adducit; ut scias quantum bonum sit rectus animus, & quomodo Deus semper consue- verit recto animi instituto, & bono voluntati mer- edem constituere. Et ideo ejus potius meminit, quoniam ipse est potius, qui ædificavit, quam filius.

Hic enim pollicitus est, ille, verò justus est. Vnde max. mam ejus animi a acritatem.

Apoc. 5. n. 3. Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque sub terra aperire librum, nec respicere illum.

VERSIONES.

Syrus. Et nemo poterat neque in cælo sursum, neque super terram.

D. Cyprian. Nec quisquam poterat, neque de cælo, neque super terram, neque sub terra aperire librum, sed neque prospicere illum.

Aliqui Codic. Nec respicere, nec legere ces apud illum.

Ribeir. & Marianam.

EXPOSITIO III.

T nemo poterat. Quia Pater nulli creaturæ integre revela- verat, quæ ultimis temporibus futura erant; inde nullas nec in cælo, inter sanctos, nec in terra, inter mortales homines, & detinentur in purgatorio, vel limbo, & hic est verus sensus. Lyran. ait dictum in cælo Lyran. quantum ad Angelos, in terra quantum ad homi- nes, sub terra quantum ad Demones, in qui- bus remanserunt natura integra. Beatus Dionysius ait hoc etiam accipi posse de bonis Angelis, qui ad eas animas consulendam descen- dunt, quæ purgatricibus flammis excipiuntur.

Qui posset aperire librum, neque respicere illum, id est, inspicere, evolvere, legere, seu cog- noscere illa, quæ in libro continebantur: & hoc sensu dicitur, nec inspicere illum, hoc sen- su dicimus, non vidi August. id est, nescio quid dicat August. in hac re. Aliqui Codices habent nec legere; quod non habet noster Romanus emendatus, quamvis sensus idem sit, idem enim est non videre ac non intelligere.

QUESTIO IX.

Quare nulla creatura inventa est, nec in cælo, nec in terra, nec sub terra, que posset librum aperire?

Ratio litteralis est, quia hic liber ut supra dixi quæst. 5. est ipsamet Apo- calypsis in qua continentur Dei dispo- sitiones, ordinationes ad divina judicia circa futuram

